



§. I.



Nihil homini philo-
pho veritatis indagacione antiqui-
us, nihil magis in votis esse debet,
quàm reiectis procul præconcep-
tis ac plebeiis opinionibus rerum
naturalium, & earum præprimis,
quæ nos in admirationem rapere
solent, genuinas causas, propriosque effectus, quan-
tum fieri potest, curiosius rimari & inquirere. Cum-
que ea sit communis hominum indoles, ut quod rarius
contingit, extraordinariam prorsus causam & nonnihil
peculiare portendere existiment, idcirco dissertati-
onem hanc de Cometis qui interdum in cœlis apparent,
instituímus, ut exinde Astrologiam Iudiciariam, seu Con-
iecturalem non modò, sed & plurima alia maleferiato-
rum Philosophorum circa eorundem Cometarum ap-
paritiones, Lunæ Solisue Eclipses somnia, quæ ex eo-
dem putido fonte dimanant, confutandi ansam habere-
mus.

§. II. Præter sydera errantia, quæ Planetas appel-
lant Astronomi, & quorum motum, licet apparenter
varium, certis tamen legibus obnoxium esse demon-
strant, apparent in cœlo quandoque aliæ stellæ, qua-
rum